



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Der peroratione. Capvt XLI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

di causa vetat: vt cum causa, non telum quaeretur, qui sui defendendi causa telo esset vsus, non hominis occidendi causa habuisse telum iudicaretur.

Vide item, quae habet Cicero pro Amer. 42. 44. 45. 48. 52. 54. Caccina. 82. 84. Muren. 67. Harusp. 17.

Confutatio.

Pro caeco reo parricidij per ἀνακόλυσον, & ἀπίθανον.

CAPVT XL.

Quinti. Mel. 1.

VOlo nunc scire quemadmodum dicat explicatum, tam difficile facinus: caecus parricidium cogitauit, cum quocuius se commisit oculis iturus per totam domum? Quem duce[m] elegit ille, qui erat in cubiculo suo solus? Secum, opinor, secum deliberat. Sufficit sibi, cum homine expeditissimo loquitur. Cur enim socium conscientiae quaerat? omnia potest scire. Primum nox quando sit: Deinde prospicere sollicitè, an omnis familia dormiat: Gradu suspensio ponere certa vestigia, & in omnem timoris sui partem sollicitum circumagere vultum. O quam parum est in metu, ipsos etiam oculos habere. Ita non iste sibi dixit: Occidere quidem patrem volo, sed quem sequentur haec manus? Nocte solus egrediar, sed quando perueniam? puras non iunctis habitare liminibus: domus inter patrem, filiumque media. Quantum erroris, quantum morae! spatium ingens, & vix metiendum. Caecitas inconsulta quid agis? nox ante deficiet. Quid si deinde, vterque vigilauerit: quid si nouerca? Age limen inueniam, cardines sine strepitu mouebo, dormientis cubiculum intrabo, quiescentem feriam patrem, semel satis erit, nec nouerca vigilabit. Securus egrediar, sciente nullo reuertar. Vota sunt ista, sed oculorum, caecus desperaret etiam, si tam multa nox polliceretur. Hoc loco quaeram necesse est, quae ratio fuerit, vt iuuenis ad parricidium suo potissimum gladio vteretur. Nimirum illud in mentem venit, quia erat relicturus. Nam si alienum, & ignotum iam vulnere patris gladium reliquisset, poterat de percussore dubitari. Hic attulit suum, vt etiam si euasisset, tamen ferro suo teneretur. Cur ergo, inquis, gladium in cubiculo tuo habebas? quia habueram semper, quia vsurus illo non eram. Ferrum ego patri-

cidio meo, tot ante annos praeparauit, & secundum illum, quem minabar, patri tandiu innocens fui. Ego eram ferro, ac mente paratus, & tot abiere noctes, ante gladium illum familiarum oculis tuis feci, ante omnibus seruulis notum. Pependit in cubiculo meo, tanquam testis conscientiae meae, palam in medio, negligenter, sic vt subtrahi possit. Non illud conscientia trepida velauit, tam notus in cubiculo fuit, quam caecitas domini.

Confutatio, in qua explicatur lex.

Lex, qui parentes in calamitate deseruerit, insepultus abijciatur.

Filius, vt patrem redimeret è vinculis, matrem caecam reliquit.

Pater alligatus est, mater caeca est. Vnus vtrique filius, magna locorum distantia. Habet lex in medio debitorem. Duc ad vtrum maus, ad vtrumque non potes, nisi hanc misero conditionem imponimus, vt quicquid fecerit, proijciendus sit. Si exierit, mater sepe- liri vetabit: si remanserit, pater.

Quin de ola 6.

De peroratione.

CAPVT XLI.

PERORATIO, quasi extremus actus restat, oratori strenuo, & diligenti minime negligendus. Et eo quidem magis excoendendus, quod, quae vltimo loco dicuntur, aculeum mentibus auditorum, potissimum insigere, atque relinquere debeant. HENRICVS ille MAGNVS, cuius, vt & Regis optimi, & Auaustissimi Parentis saepius iucundissime recurrat memoria, vt magnum, & in omnibus rebus estimatum fuit eius iudicium, dicebat se oratores ex perorationibus cognoscere, quod initio artificiosis iligata verborum structura, ad numeros ferretur oratio: sub finem natura ipsa, se in suis motibus promeret frequentius. Euenit vsu plerumque multis, vt initia habeant splendida, lentos, & iacentes exitus. Cum enim toti in illud, quod primum occurrit, in exornanda scilicet proemia, acerrima mentis cogitatione ferantur, extrema, vel iam hebescentibus ingenij, & industria aculeis, vel certe temporis penuria, perquam neglecta, atque arida esse patiuntur. Itaque initio, cum elaborata orationis, veluti pennae innixi rapiuntur, placent sub finem, deficiente iam arte, cum parum natura habeant.

Peroratio. nis momentum.

Henrici Magni iudicium de oratoribus.

Causa suauis perorationis.



*Prudētia in
providendo
epilogo.*

aut licet habeant, cum grauiſſimas ſentē-
tias, & motus, ex tempore tractare difficilli-
mum ſit, quaſi exiitae pennis aues corruunt,
& deſorti lapſu affliguntur ad terram, eo
maximē tempore, quo alacrius eminere de-
buerant. Quamobrem prudentis eſt oratoris
initio, non ita magnificis illis eloquentiae
propyleis, & Ionica ſtructure delicijs capi:
quia maturē conſideret, qua porta commo-
diſſimē excedere, viriliterque ſe expedire
poſſit. Hoc magnus artifex Tullius, perquam
ſolenter nouerat, cuius in omnibus ſic in per-
orationibus eximia fuit felicitas, nec ſine
cauſa vbi plures cum eo oratores dicebant,
hanc illi partem exarandam communi omni-
um conſenſu deſerebant.

*Locus per-
orationis.*

Vt verō quis peroratione nauiter vta-
tur, ſpectandum eſt cauſae genus. Occur-
runt enim plerumque cauſulae, quae nec ora-
tionem merentur, nec perorationem: vel
etiam breues oratiunculae, in quibus ſi per o-
rationem labores contentius, videaris rudi,
& inornatae domunculae, caeteris incuria ne-
glectis grande, & locuples poſticum aſtruere.
Vbi perorationem non deſiderat oratio, ſal-
tem conari oportet, vt aliqua virili, & expe-
dita conſuſione claudatur. Si longior fuerit,
& grauior, tum erit Epilogus ſumma dili-
gentia adtexendas, ne in portu, quod aiunt,
 naufragium faciat. oratio. Quanquam ve-
rō, ſaepe in multis orationis locis, poſt
res confirmatas frequententur epilogi, in
fine tamen praecipuum regnum obtinent.

Barri.

Atque cum tota ratio perorationis in
duabus poſſimum ſita ſit rebus, in enume-
ratione, & motu: Vtrumque conſiderate
ſpectandum, nec leui industria tractandum
erit.

*Enumera-
tionis dex-
teritas.
P. Emilius
Augerius.*

Enumeratio illa, & *ἑνὸς φιλίας* re-
rum plurimum deſiderat industriae. Noſtra
memoria Pater Emundus Augerius, vt erat
magnus in caeteris orator, ſic in ea parte, non
mediocriter excellebat. Erat illi ſemel con-
cio iam prouecta, cum derepentē adſuit
HENRICVS TERTIVS Galliarum
Rex Chriſtianiffimus, cui Pater multis erat
nominibus charus, & perineundus. Coepit
ille, quae antea dixerat relegere, & per ſua ve-
ſtigia recurrere tanta dexteritate, tam con-
ſueta diſpoſitione, tam facili ſententiarum
claritate, tam diſtincta varietate verborum,
vt qui aderant permulti graues viri, & in e-
loquentia bene verſati, hoc vauum perfecti

oratoris opus, & praetantiſſimum, & diffi-
ciliſſimum eſſe dicerent.

Danda eſt igitur opera ſingularis, vt haec
enumeratio non ſit Crambe reperita (quod
ait Saryricus) ſed veluti ſubtiliſſimum in-
duſtrij pictoris opus, qui in exiguum quan-
dam tabellam, rem magnam, & antea diffu-
ſam collegerit.

Cafum Phactontis in gemma annuſi ex-
preſſum, admirabili, vel potius ſtupendio
artificio memorat Galenus. Videbatur ado-
leſcens ſolis filius crinito radijs capite fla-
gellum tenens, in aureo curru ſedens, quem
celerēs quadrigae rapiebant, tanta ſubtilitate
ſculptae, vt ſedecim pedes equorum in minu-
tiſſimis liacolis diſtincti emincerent. Hinc ru-
bentis ardoribus caeli facies, Iouis irae, in-
felicitatis patris deſperatio, & attoniti caſus no-
uitate caeleſtes haerebant. Illinc decreſcebat
mare, ebulliebat aqua, terra continenti in-
cendio flagrabat, & longē, lateque ſpaſu
flammarum globi ſyluas, montes, piara, pe-
cudeſque abſumebant. Ingentis illud artifi-
cij, & delicatiſſimae manus. Pari profecto ra-
tione praetclarum cenſetur oratoris opus, vbi
per totam orationem variē diſperſa vno a-
ſpectu ponit ob oculos, & aptis motibus ani-
mat, atque incendit.

Curabit in eo ne nimius ſit, & inutiles
minutias exquirat, quae à grauioribus facile
rebus abſorbentur. Deinde, vt coquus cibos
varijs condimentis, ita nouum orationis fer-
culum, & ſententiarum nouitate, & ver-
borum varietate prudenter aſpergat. Ter-
tio, vt illud poſſimum frequentet, quod
cauſae fundamentum eſt, & auditorum ani-
mis relinquere nititur. Deinde, vt aptos mo-
tus accommodet, qui toti ſunt in affectibus,
& figuris, de quibus conſequentibus libris
agendum eſt. Exemplorum cum paſſim in
Cicerone praetantiſſima quaeque affluant, Plau-
tiano opus fuit multitudinem percenſere: ni-
hil vetat tamen, quo minus hoc ex Quinti-
liano audiamus, caetera ex figuris, &
affectibus, ſatis abunde peti,
commodeque pote-
runt.

*Gemma in
caſu
Phactontis
cauſa in ge-
ma.
Deſcriptio
Phactontis,
Galen. lib. 1.
de vſu part.
ca. 1.*

*Peroratio
minutias
Legenda per-
orat. pro Mi-
lone. n. 94.
Ter. pro Cluent.
n. 188. pro
Fiac. n. 11.
44. pro
Sylla. pro
Mur. pro*